



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

45. De 1. verbo pro crucifixoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

MEDITATIO XLV.

Orat pro crucifixoribus.

PUNCTUM PRIMUM.

Primum
Christi
verbum
est amo-
ris.

Matt.

5. 44.

Cant.

8. 7.

Isa. 53.

15.

Hoc primum verbum locutus est in cruce. Non petit ignem de cælo, ut Elias : nec maledicit, ut Noë & Elisæus irrisoribus suis: sed inter convitia & blasphemias, petit veniam inimicis, perfectè implens præceptum suum : *Diligite inimicos vestros & orate pro ijs, qui vos persequentur. Aqua multa persecutionum non poterunt extinguere charitatem : & hoc sigillatim prædixit Isaias : Et pro transgressoribus rogavit.*

PUNCTUM II.

Patrem
curro-
gat.

Matt.

5. 45.

Singula verba expendantur. *Pater* : Christus si ple, ut homo, ignoscebat ; sed vult, ut Deus ignoscat. Patrem appellat pro fiducia orationis, & ad demerendum : monet etiam quòd ipse sit Pater omnium, *qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Dimitte illis*, non exponit certum peccatum, quia vult omne eis dimitti. Nec dicit, crucifixoribus meis, ne ex indignitate rei provocet iram Patris ; sed ait, *illis* : Et quia volebat omnes peccatores complecti, cum omnes sint crucifixoies Christi. *Quia nesciunt quid faciunt.* Etiam excusat, & extenuat. Ignorantia erat supina & crassa, & ita inexcusabilis : tamen adducit pro qualicumque

ex-

excusatione, sicut Paulus, cum ait, *si cognovissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent*: 1. Cor. 2. 8.
si cognovissent, utique ita ut æstiniarent, quod erat. Ideo excusat nos ut fidamus ipsius misericordiae, siquidem sic excusat. Monemur etiam ut proximorum facta excusemus, quando planè defendere nequimus: tantum abest ut illatae injuriae sint exaggerandae, aut vindicta optanda.

PUNCTUM III.

EXaudita est oratio, de qua S. Paulus, *in diebus carnis suae preces supplicationesque cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia*, id est, vel pro submissione sua, qua preces obtulit, vel pro merito suae dignitatis, cum esset Filius Dei. *Effectus orationis Christi. Hebr. 5. 7.* Efficacitate hujus orationis multi ex praesentibus postea conversi sunt, ut die Pentecostes ad tria millia. O Jesu! fac sim particeps hujus tuae precis. Audijt Maria orationem, & tanta charitate est ipsa quoque emolita, ut similiter oraret.

MEDITATIO XLVI.

Secundum verbum Christi in Cruce ad latronem.

PUNCTUM PRIMUM.

MElius inter duos latrones crucifixus est, Humiliter juxta vaticinium: *Et cum sceleratis reputas Jesu*